



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

uestra etatis, ac proba conuersationis monialium comitari debet, & exorcizatio minori, quo poterit, strepitu fieri debet ab exorcista ad hunc actum ab ordinario approbato, ecclesie ianua occlusa, donec exorcizatio completa, energumena reducatur ad monasterium, ad quod recto tramite tendere debet, ita decreuit Sacra Congregatio teste Lezan. in sum. qq. reg. tom. 3. ver. clausura numero 28.

Item posse monialem ad aliam perfectiorem religionem transferre dicit Bonac. d. pun. 9. n. 11. Barbosa. d. all. 102. num. 27. & censat etiam Sac. Congr. apud Lezan. ubi supra n. 14. ubi etiam notat, quod tunc monialis transiens ad aliam Religionem debet in ea nouitium agere, & professionem emit-  
tere.

## S V M M A R I V M.

1. Renunciatio, siue obligatio Nouitij nulla est, nisi cum licentia Episcopi, uel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem iuxta formam Concilij Tridentini.
2. An hoc procedat etiam quoad equites Hierosolimitanos.
3. An valida sint donationes facte ante ingressum Religionis intui- tu ipsius ingressus.
4. An donatio facta ob ingressum Religionis reuocari possit.
5. An Monachus in Episcopum promotus possit reuocare renun- ciationem per ipsum legitime factam.

6. An dispositio Concilij lonana habeat in renunciatione beneficij.

7. An nouitius lucratur fructus sui beneficij.

8. An dispositio Concilij procedat in testamentis, & codicillis, & donatione causa mortis, & numero 9.

10. An professus testamentum ante professionem conditum possit reuocare, uel illud declarare.

11. An dispositio Concilij procedat, si Nouitius renunciationem, uel obligationem faceret animo soluendi quod debebat.

12. Episcopus Regulares compellere potest, ut absentibus ante professionem omnia restituant.

An habitus religiosus restituendus sit Nouitio exeunti.

## C A P. VIII.

De Solemnitate requisita in renunciatione bonorum faciendi per Nouitium, uel Nouitiam.



Acra Synodus Tridentina statuit, ut nulla renunciatio, aut obligatio Nouitij antea facta, etiam cum iuramento, uel in fauorem cuiuscunque cause piz valeat, nisi cum licentia Episcopi, uel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligitur effectum suum fortiri, nisi sequuta professione: aliter uero facta, etiam si cum huius fauoris